



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

III. De Vigilantiâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Manualis Parochorum
 nes Baptista Possevinus. Concilium Tridentinum, cum librorum prohibitorum indice, non ultimum locum tenet, & eiusdem Concilii Catechismus. Iuuerit etiam Catechismus historialis Antonii Dauroutii. Ac, ne te negligas, libri in promptu & manib⁹ sint aliqui spirituales; Thomas à Kempis, Meditationes Lud. de Pote, Opuscula Drexelii, Arias. Finio cum epilogo Thomæ Campensis: *Ecclesiasticus sine libris, quasi miles sine armis, equus sine frœnis, natus sine remis, scriptor sine pennis, avis sine aliis, sutor sine subulis, faber sine malleo, sartor sine acu, viator sine baculo.*

N V M: III.

Vigilantia.

P Ars prudentiæ vigilantia; ut hæc ad superandos hostes, victoriāmq; reportandam in ducibus belli plurimū valet, cunctatio verò, aut somnolentia plurimū officit: ita in animarum negotio vigil cura, opportunitas

tunitas captata, & arrepta occasio
maximè ad rem faciunt: vtq; militiæ
Præfectos dies, noctésq; vigilias age-
re, & excubare oportet, ne ex insidiis
hostes aggrediantur: ita multò etiam
magis, Rectoribus animarum inuigi-
landum, ne Tartarei prædones inuo-
lent. Et (vt dicamus istud è re accō-
modatiùs) vti Pastores ouium vigilare
debent super gregem, ne lupi, qui per-
petuò prædæ inhiant, in ouiculam,,
præsertim éxgregem, irruant: ita ani-
marum pastoribus agendum, eóque
magis, quòd animarum lupi ouinam
pellem plerumq; induant: vt incau-
tos cautiùs fallant, ac vorent. Hoc
propè eodem pertinet, speculatorema-
te esse oportet, qui in altiori loco po-
situs attendas, si quis orthodoxæ do-
ctrinæ, vel bonorum morum hostis
irrumpat: vt velut i ad arma, & incen-
dium clames, &, quo poteris mo-
do, malum depellas: alioqui scis, quid
supremus Pastor minetur, sanguinene

36 . Manualis Parochorum.
eius (qui perierit) de manu tua requi-
ram.

NVM: IV.

Diligentia.

PArs altera prudentiæ est diligen-
tia , sedulitas, maturatio. Negli-
gere , & lentiùs , quām par sit, agere,
aut cunctari, multūm in bellis, & ciui-
libus negotiis nōcumenti adfert : plus
in curā animarum : occasiones hīc ne-
glectæ , aut non arreptæ , quæruntur
deinde cum lacrymis : sed iam fru-
strà ; cùm aufugerint , non redeunt.
Scribit S. Gregorius I. i. dial. c. 12.
rem miram de Seuero vitæ admirabi-
lis, Ecclesiæ B. V. sacerdote, quam hi-
storiā iisdem propè verbis subiicio.
Sacerdotem illum quidam Paterfami-
llias , cùm ad extremum venisset di-
em, missis nuntiis rogārat , vt ad se
quantocytus veniret : inopinatò verò
contigit : vt Sacerdos ad putandam
vitēm esset occupatus , atque ad se ve-
nienti-